



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia R. D. fratris Thome de vio Caietani sacr[a]e  
Theologi[a]e p[ro]fessoris emine[n]tissimi & Ordinis  
Predicatorum generalis Magistri de co[m]parata  
auctoritate Pap[a]e et ecclesi[a]e ...**

**Cajetan, Thomas**

**Colonie, 1514**

**VD16 V 1241**

Prologus in quo ratio. intentio. ordoq[ue] op[er]is est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34601**

# Apologia fratris Thome de

vio Caietani Magistri Generalis ordinis predicatorum de comparata  
auctoritate Pape et Concilij. Ad. R. D. D. Nicolaum de flisco.  
S. R. E. Car. B. M.

¶ Prologus in quo ratio. intentio. ordoque opis est.

**Q**uoniam Caritas Iesu christi sineque sancte ecclesie. Reue. in christo  
pater. pector et dñe. cogit me virum piculosum. enerua-  
torē ecclesiastice potestatis. falsarium. adulatorē. atque blasphemum.  
ad hec quod exemplum illius sequi qui cum malediceret non  
maledicebat. ad obiecta autem contra doctrinam in opusculo de comparati-  
one auctoritatis Pape et Concilij per me edito. tueque reuerendissime  
Do. dicato presentia per veritatem ridere. Et licet plura obiecta sint. que a  
viris doctis. per quibus solis opus illud scripsisse me ibi sum prestatum.  
facile soluerent. quia tamen sapientibus et minus sapientibus debitor sum  
quod parati esse debemus omni posceti nos. rationem reddere de ea que in nobis  
est fide. id rationes iuxta obiectorum amplitudinem extendende sunt.  
Uisus est autem conueniens ordo. si obiectioes iuxta ordinem capitulorum  
illius libelli afferantur atque soluantur. Erunt si quod hec velut commentaris  
illi. Rogo igitur impensis oēs. ut meminerint sermonis formalis esse  
subiecte materie. mediteturque diutius antequam sententiam proferant. ne multi-  
plicatis argumentis. per gloria ingenij. res tanta de qua agitur. in disputati-  
one dialecticam autem etiam sophisticam deducat. Et quoniam contra singulas. et rari-  
dices ramis proponi debent. ideo et latius et altius sermo vires repeten-  
da sunt rei huius fundamenta. ¶ Sciendum itaque est quod cum iura positiva  
ab ecclesiastica sint edita potestate. et in questione preteritur ipsius auctori-  
tatis ecclesiastice subiectum. non ex iure positivo. sed naturali vel diuino  
aut utroque. veritas pendet. ut ex causa. a positivo autem iure ut a teste.  
Et sicut luminis mihi processu facultate duo sola sunt fundamenta. al-  
terum iuris naturalis. alterum iuris diuini. in quibus vniuersa moles do-  
ctrine extollentis coitate ecclesie supra papam in potestate. sic quod papa sit illi  
subditus. sustinet. que si euulsa fuerint ruent omnia. Primo igitur hec  
tractanda sunt sex capitulis. deinde sigillatim singulis iuxta pro-  
positum ordinem respondendi.